



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mechlinia Illustrata Luce Miraculorum S. Francisci Xaverii  
Orbis Utriusque Solis Ac Thaumaturgi Chronicis Distichis  
evulgata Anno M.D.C.LXVI.**

**Grumsel, Gérard**

**Mechliniae, 1666**

Censura.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11918**

plura indies beneficia effundat. In cuius rei seu attestacionis fidem litteras hasce manu Nostrâ subscriptissimus, sigilloque Nostro jussimus communiri; Dat. Paderbornæ XXII. Novembris. M. DC. LXVII.

FERDINANDUS

Locus ✠ Sigilli.

S. 7.

**P**lurima adhuc alia beneficia à variis accepta referuntur Sancto F. XAVERIO, cultuique miraculosarum ejus Reliquiarum Mechlinia, de quibus, quia legitimâ auctoritate nondum sunt approbata, in hisce Chronicis non fit mentio. In non pauca etiamnum inquiritur in variis Episcopatibus.

## MIRABILIS DEVIS IN SANCTIS SVIS.<sup>ps. 67.</sup>

### Facultas R. P. Provincialis Societatis JESU Provinciae Flandro-Belgicæ,

**E**go infra-scriptus Societatis JESU Propositus Provincialis in Provincia Flandro-Belgica, potestate ad hoc mihi facta ab admodum R. P. Nostro JOANNE PAULO OLIVA Proposito Generali ejusdem Societatis, concedo Gisberto Lintio Typographo jurato Mechliniensi Facultatem typis mandandi librum, cui Titulus Mechlinia Illustrata Miraculis S. FRANCISCI XAVERII, à R. P. GERARDO GRUMSEL Societatis nostræ Sacerdote conscriptum & à deputatis ejusdem Societatis Theologis examinatum & approbatum. In quorum fidem has manus meæ subscriptas & officii mei Sigillo munitas dedi Antverpiæ 19. Aprilis 1666.

ÆGIDIUS VANDER BEKE.

### CENSURA.

**M**iracula Sancti Patris FRANCISCI XAVERII, quibus Mechliniam Illustravit; Miraculo similis GERARDI GRUMSELII Vena tibi fistuntur, Lector. Arcta Poësis est, quia syllabis alligata; arctior, quia literis; arctissima, quod eidem semper anno congruentibus. In hisce tamen angustissimam libero, terisque uti stylo Miraculum dicerem, nisi XAVERII id adscriberem beneficio, qui prodigiis suis hoc adderet prodigii, quod ea prodigiosè evulganda curaret. Concitatigit autem auctor, verè in hac Palæstra mirabilis, admirationem; admiratio amorem juxta & utilitatem. Ita censeo.

L. NEESEN Canon, Thçol. Mechliniensis,  
Librorum Censor.